1. *Materia prima*, speciatim ad hæc inferiora relata, fuit *aqua limosa*. Gen. I, 2. cui à *Spiritu* creatore indita est vis seminalis, activa ac plastica, adjuncta luce ignea, tanquam principio organico.

2. *Materiæ digestio*, facta est in diversa mundi corpora, raritatis & densitatis gradu inter se valde differentia, quæ sunt: *aer & æther* in expanso, & *aqua ac terra.*

3. *Materiæ digestæ exornatio*, ubi ab æthere progressus factus est ad aerem, & ab hoc ad aquas & tellurem Genes. I, 14. 25.

4. *Complementum* in productione *hominis*: ejus not. a. excellentia: b. diversitas sexus: c. status integritatis: d. locus, paradisus: ubi consequens: sabbatismus, non carens mysterio, & omnino jam tum in ecclesia patriarchali observatus.

VI. FINIS, sapientiæ, potentiæ ac bonitatis divinæ demonstratio. Ps. XIX, I. CIV, I seqq.

VII. USUS didascalicus, elencticus, epanorthoticus, pædenticus & paracleticus.

p. 81 - 89

M. III.





M. III. ARTICULUS II.

DE

IMAGINE DEI.

Sedes doctrinae : Gen. I, 26. 2 Cor. III, 18. Eph. IV, 24.
Col. III, 10.

Definitio : Imago Dei erat conformitas cum Deo naturalis, posita primario in dotibus facultatum animæ, sapientia ac iustitia; secundario in ipsa animæ natura, corporis immortalitate, & in dominio in creaturas.

TRACTATIO.

- I. AUCTOR, Deus trinus Gen. I, 26. III, 22.
- II. FORMA, conformitas cum Deo; non essentialis, nec generalior; sed accidentalis, limitata, specialis & simillima.
- III. PROPRIETAS, quod imago fuit *naturalis*; non quidem constitutive, nec coniective; sed subjective, per se & transitive.
- IV. DOTES PRIMARIÆ, in intellectu sapientia, in libera voluntate iustitia originalis, cum inde resultante iusto appetitus sensitivi & corporis regimine.
- V. DOTES SECUNDARIÆ erant
 1. Ipsa *hominis*, præcipue animæ, *essentia* spiritualis & libera, cum facultatibus intellectus & voluntatis. Gen. IX, 6. Jac. III, 9.
 2. Corporis *immortalitas* Gen. II, 17. III, 3 Rom. V, 12, adeo, ut homo potuisset *non mori*, quemadmodum potuisset non peccare.
 3. *Domini* in creaturas inferiores, positum non solum in jure ac potestate, sed etiam in facultate imperandi: cum adjuncto *habitationis* in paradiso.
- VI. FINIS & EFFECTUS, status hominis beatus in communione cum Deo 1 Cor. VI, 17. secundum Dei intentionem ad posteros propagandus.

p. 89-96

b 2

M. III.

M. III. ARTICULUS III.

DE

DEI PROVIDENTIA.

Sedes doctrinae: Pl. CIV, 4. seqq. CXXXVI. Matth. VI, 26-33. X, 29. 30. 31. Jo. V, 17. Act. XIV, 17. XVII, 26 seqq. *in ym eiboy waboy uo*

Definitio. Providentia est actus Dei trinus, quo is res omnes ac singulas, speciatim humanum genus, conservat ac sapientissime gubernat.

TRACTATIO.

I. CAUSSA EFFICIENS, Deus trinus, Pater Matth. VI, 26. 32. Filius Col. I, 17. Hebr. I, 3. Spiritus Sanctus Act. XIII, 2. I Cor. XII, 11. I Cor. XII, 11.

II. OBJECTUM providentiæ divinæ

Generale, omnia, etiam minima, in quibus Deus est maximus.

Speciale, genus humanum in Christo dilectum ac re-stituendum. Matth. V, 45.

Specialissimum, fideles, conjunctim & singulatim.

III. SUPPOSITUM, omniscientia & præscientia ratione intellectus, & $\pi\epsilon\phi\acute{o}\sigma\epsilon\iota\varsigma$ ratione voluntatis, Dei.

IV. FORMA, perpetuus actus conservationis & gubernationis cum universali concursu. Gubernationis vero species sunt:

Permissio posita in suspensione potentiae absolutæ ab impediendo. Cujus suspensionis ratio est in libero hominis arbitrio.


Impeditio, qua Deus actiones creaturarum ita constringit, ut efficere non possint, quod alias effecturæ essent.

Directio, qua Deus actiones creaturarum ad certum finem dirigit.

Determinatio, qua Deus actionibus & passionibus creaturarum ita intercedit, ut iis certos terminos constituat.

p. 96 - 101

V. DI-



x in dandert dertien duizend duizend duizend duizend
x dandert dertien duizend duizend duizend duizend
x dandert dertien duizend duizend duizend duizend

V. **DISTINCTIO**, petita ab objecto, *vita & actionibus* hominis.

VITA: quæ providentiæ Dei subiacet in *ingressu* Job. *Sancti*
Sancti X, 38. seqq. Pf. CXXIX, 14. 15. 16. in *progressu* Genes.

Sancti XLVIII, 15. 16. Matth. VI, 25. & in *egressu*: ubi *vita*
terminus consideratur

1. ut *constitutus & naturalis* Job, XIV, 5. *Sancti*
2. ut *mutabilis*: & quidem *Sancti*
 - a. ab ipso homine, per incuriam, aut afortiam &
αὐτοχρησίων.
 - b. a Deo, vitæ terminum vel præcidente, vel pro-
 rogante; & quidem partim piis, partim im-
 piis.

ACTIONES: ubi Dei providentia ita versatur

1. Circa *bonas*, ut eas præcipiat, juvet, adprobet &
 remuneretur.
2. Circa *malas*, ut earum *ἀνομιὰν* prohibitam par-
 tim impediatur, partim permissam in bonum fini-
 nem dirigat Genes. XX, 6. L, 20. partim iuste pu-
 niat.

VI. **DISTINCTIO** a modo petita: ubi ea est vel *ordi-*
naria, de qua hætenus, vel *extraordinaria* in *miracu-*
lis: eorum 1. principium. 2. forma: 3. locus, seu
 sedes: 4. differentia ab effectibus admirandis: 5. pe-
 riodi tres præcipuæ; scilicet tempore Moysis, Eliæ &
 Christi: 6. duratio: 7. finis ex parte Dei & homi-
 num.

VII. **PROPRIUM**, causis liberis agendi libertatem re-
 linquere. Matth. XXIII, 37. Luc. VII, 30. *Sancti*

VIII. **PROFUNDITAS** summa in plurimis supra ca-
 ptum nostrum posita.

IX. **USUS** multiplex in observatione vestigiorum pro-
 videntie, ad cuiuslibet vitæ curriculum debite refe-
 renda.

p. 101 - 108

MEMBRUM IV.

DE

SALUTIS JACTURA ET STATU
PECCATI.

ARTICULUS I.

DE LAPSU PROTOPLASTORUM.

Sedes doctrinae: Gen. III. Rom. V, 12. seqq. 2 Cor. XI, 2. 3.
1 Tim II, 13. 14.

Definitio: Peccatum protoplastorum fuit actio, contra legem Dei ex instinctu satanae ita commissum, ut, violato Dei foedere, imago Dei amissa sit, & peccatum cum morte in locum ejus successerit.

TRACTATIO.

- I. ANTECEDENS, *angelorum defectio*; ejus
 1. *Tempus*, quod cum deficientium numero incertum est.
 2. *Causa efficiens*, abusus liberi arbitrii.
 3. *Modus*, factus ductu alicujus principis inter angelos Matth. XXV, 41. Apoc. XII, 7. 8.
 4. *Malignitas naturae* defectione contracta, quae summa, testibus nominibus & operibus.
 5. *Scientia*, malitiae subserviens, non exigua, sed cum tremore conjuncta Jac. II, 19.
 6. *Futurum judicium*, ab ipsis diabolis praevisum. Matth. VIII, 29. XXV, 41. p. 109 - 113
- II. IPSE LAPsus: ejus
 1. *Causa negative*, nequaquam Deus Gen. II, 17. III, 3. 9. seqq. Ps. V, 5. 6. 7. Jac. I, 13. 14.
 2. *Causa positive*, quae fuit
Satanas, sine serpentis organo, metaphorice serpentis nomine vocatus.
Voluntas hominis, libertate abusa.

3. Mo-

3. *Modus, & quidem*

Tentationis, quæ fuit astuta, sophistica & impudentissima 2 Cor. XI, 2. 14.

- a. per aggressionem Evæ.
- b. per negationem interdicti.
- c. per negationem eventus de morte.
- d. per affirmationem eventus contrarii.

Defectionis: ubi quatuor gradus:

Primus in ἀπιστία Gen. III, 4. 5.

Secundus in prava cupiditate.

Tertius in consensu pleniore.

Quartus in ipso actu externo. ibid.

- 4. *Modi* hujus *vindicæ* ab objectionibus, præcipue ea, quod lex de prohibito fructu arboris videatur esse res levicula. p. 113 - 118

III. *CONSEQUENS*: & quidem

- 1. *Ex parte* protoplastorum: ubi

Jactura imaginis divinæ, conjuncta cum morte spirituali, tanquam principio & radice mortis corporalis ac æternæ, omniumque adversorum.

Signa hujus jacturæ, prodita in pudore, velatione, metu, fuga, occultatione inepta, & excusatione frivola; subsequente tamen poenitentia.

Adjunctum in consecuto statu deteriori rerum inferiorum Rom. VIII, 20.

- 2. *Ex parte posterorum*, malum culpæ & pænæ ac damni, nec non debiti *transductio hereditaria*: quia Adamus considerandus est non solum ut *naturale*, sed etiam ut *fæderale* generis humani caput.

- 3. *Ex parte Dei*, qui partim egit justum judicem, partim etiam salvatorem. p. 118 - 122

DE
STATU PECCATI.

SECTIO I.

DE PECCATO IN GENERE.

Definitio: Peccatum est *ἀνομία*, seu aberratio a lege Dei, cum ea pugnans, & ex inhærente labe ejusmodi culpam inferens, quæ sub reatu ad pœnam ducit.

TRACTATIO.

- I. NORMA peccatum dijudicandi est *lex moralis*, ratione *sensus* sui *intensive* & *extensive* considerata. Deut. VI, 5. Matth. XXII, 37. seqq. Nulla itaque *actio* *indifferens* homini relinquitur.
- II. IPSA ABERRATIO, quæ in sensu
Privativo est ejusmodi *discessio* a Deo, summo bono, quo homo summo malo profundissime immergitur. Hebr. III, 12.
Positivo est ejusmodi *ἀνομία*, quæ *ἀντινομία*, tanquam crimen rebellionis, continet. Rom. VIII, 7. Act. VII, 51.
- III. MALUM peccati duplex, unum *lævis*, seu damni inhærentis & simul *debiti* contracti, alterum *culpæ*, reatu suo ad pœnam ducentis. Rom. III, 19. V, 12. seqq. Quod duplex malum recte notatum docet, cur in redemptione opus fuerit *obedientia* Christi *activa* & *passiva*, & quanta sit necessitas *gratiæ medicinalis* & *forensis*.
- IV. CONSEQUENS duplicati istius mali est pœna, eaque non solum *damni*, sed etiam *sensus*, Rom. V, 16.
- V. PRINCIPIUM pœnam inferens, *justitia* Dei *vindex*, probata: 1. e natura peccati: 2. e natura Dei: 3. e proprietate legis divinæ: 4. e multis exemplis: 5. e re sacrificali V. T.: 6. e conscientiæ dictamine: 7. e more omnium gentium religioso, etsi aberrante: 8. e redemptionis necessitate.

p. 122 - 132

SE-

SECTIO II.

DE PECCATO ORIGINIS.

Sedes doct. Gen. VI, 5. VIII, 21. Job. XIV, 4. Ps. LI, 7. Jo. III, 6. Rom. V, 12. seqq. Eph. II, 3. &c.

Definitio: Peccatum originale est habitualis totius naturæ humanæ corruptio, posita in imaginis divinæ privatione & in prava concupiscentia.

TRACTATIO.

- I. SEDES P. O. quæ est in anima: id quod e natura peccati & animæ liquet. *experientia & Arg.*
- II. ORIGO, quam habet a protoplastis, in omnes posteros traductam. Rom. V, 12. Eph. II, 3.
- III. FORMA, quam constituit *mors* spiritualis, in qua *Privatio* omnis boni Rom. III, 9 10. seqq. 23. 1 Cor II, 14. *Positio* omnis mali. Rom. VIII, 7. Jac. I, 14. 15.
- IV. UNIVERSALITAS, teste scriptura & experientia Rom. III, 19. V, 12. seqq.
- V. PROPRIUM, *dominatus*, se per peccata *actualia* exferens Jo. VIII, 34. Rom. VI, 12. 16. 20. 2 Pet. II, 19. 20. 21.
- VI. STATUS, ante conversionem e dominatu isto resultans, *Epicureismi*, seu securitatis carnalis, & *Pharisaismi*, seu servitutis.
Status Epicurei proprium est, esse sine lego, sive ἀνομον & αὐτόνομον, & libertatem in licentiam vertere. Gal. V, 13. 1 Pet. II, 16. 2 Pet. II, 19. Jud. v. 4.
Status Pharisaici, seu servitutis & hypocriseos, proprium est, peccatum quidem certo gradu agnoscere, sed adhuc sub iugo ejus, atque ita etiam sub legis coactione & fulmine, hære. Rom. VII, 8. 9 10. seqq.
- VII. CONSEQUENS, *pæna* æternæ mortis Jo. III, 5. 6. Rom. III, 19. V, 12.
- VIII. USUS multiplex, inprimis *elencticus* adversus Pelagianos, Pontificios, Socinianos & Christianos profane securos.

X. CONFESSIO SYMBOLICA A. C. art. II. p. 132-142

SECTIO III.
DE PECCATIS ACTUALIBUS.

Sedes doctrinae: Gen. IV, 7. Matth. VII, 17. seqq. XII, 35.
36. XV, 18. 19. Rom. VI, 12. seqq. VIII, 12. 13. 2 Cor.
VII, 1. &c.

Definitio. Peccatum actuale est actio, pugnans cum lege Dei.

TRACTATIO.

- I. LATITUDO P. A. quæ summa est in sensu extensivo & intensivo, ad interiora & exteriora relata. *179. 3. Subjuncti*
- II. CAUSSA, ipse homo, diabolus & pravum mundi schema: unde *tentatio ad malum* triplex.
- III. GENERA, quæ diversa, pro diversitate respectuum:
 1. Ratione legis mala prohibentis & bona præcipientis, peccata sunt vel *commissionis*, vel *omissionis* Matth. XXVI, 18. seqq. 41. seqq. Jac. IV, 17.
 2. Ratione *objecti*, ea committuntur vel adversus Deum & priorem legis tabulam, vel adversus nos ipsos ac alios & posteriorem tabulam.
 3. Ratione *affectus dominantis* peccata sunt vel *voluptatis*, vel *ambitionis*, vel *avaritiæ*.
 4. Ratione *modi* & principii peccata sunt vel *voluntaria*, seu proæretica, vel *involuntaria*, orta vel ex ignorantia, vel ex infirmitate & præcipitentia.
 5. Ratione *consequentis* peccata sunt vel *mortifera* Rom. VIII, 13. 1 Tim. I, 19. cum operibus mortuis & mortem continuantibus non confundenda Hebr. IX, 14. vel *venialia*, a retenta venia, seu Dei gratia, ita dicta, sed nequaquam extenuanda.
 6. Ratione *actus formalis* & *moralis* peccata sunt vel *propria*, vel *aliena*, sed participata. 1 Tim. V, 22. & quidem modo vel exstantiori, vel subtiliori talia.
 7. Ratione *gravitatis* peccata sunt vel *clamantia*, vel *non clamantia*. De istis vide Gen. IV, 10. XVIII, 20. Exod. III, 7. XXII, 23. Jac. V, 4.

P 143-150

IV.

IV. GRADUUM DIVERSITAS: ubi a motibus primis per 12 gradus fit progressus ad peccatum in Spiritum Sanctum,

V. GRADUS SUMMUS, peccatum in Spiritum Sanctum:

ubi. 1) *motus primi* 2) *invaleſcentes* 3) *conſeſſus* 4) *propoſitum*

1. *Sedes doctrinae*: Matth. XII, 24. 31. 32. Marc. III, 22.

28. 29. 30. 1 Jo. V, 16 &c.

2. *Occaſio*, quæ Chriſto data de peccato hoc agendi.

3. *Senſus* dictorum Chriſti.

4. *Objectum*, officium Spiritus Sancti.

5. *Homo peccans*, nec ex ignorantia, nec ex imbecillitate, ſed contra conſcientiam & proæretica malignitate.

6. *Forma*, hoſtilis officii Spiritus Sancti impugnatio & impeditio, uti in ſe ipſo, ſic etiam in aliis.

7. *Character peccantium*, nullam ab impugnatis apologiam admittere, & iniquitati ſuæ immorari & immori.

8. *Proprium*, irremiſſibilitas, orta e gravitate & perſeverantia.

9. *Cautio* a ſpeciali ad certas perſonas applicatione.

10. *Differentia* a peccato adverſus *Filiū hominis*, quod ſit vel ex ignorantia ratione intellectus 1 Tim. I, 13. vel ex imbecillitate ratione voluntatis Luc. XXII, 57 ſeqq.

VI. CONSEQUENS, *induratio*: ubi

1. *Cauſſa efficiens*, ipſe homo & ſatanas Eph IV, 17. 18. 19.

2. *Concurſus Dei* judicialis, poſitus in permiſſione & deſertione.

3. *Effectus*, æterna damnatio.

4. *Exemplum* exſtantius in Pharaone Exod. III. ſeqq. ubi

Induratio ipſi Pharaoni tribuitur c. VIII, 15. 32. IX,

34. item VII, 13. 14. 22. IX, 7. 35. XIII, 15.

Induratio ibidem Deo aliquoties tributa intelligenda eſt de juſta & judiciali permiſſione ac deſertione.

p. 150 - 160

M. IV.

M. IV. ARTICULUS III.

DE

VIRIBUS LIBERI ARBITRII.

Sedes doctrinæ: Gen. VI, 5. VIII, 21. Jo. III, 3. 5. 6. XV, 4. 5.

1 Cor. II, 14. 2 Cor. III, 5. Phil. I, 6. II, 12, 13. IV, 13.

Definitio: Liberum arbitrium est animæ facultas libere agendi, post lapsum instructa viribus ad spiritualia nullis, ad naturalia mediocribus.

TRACTATIO.

- I. LIBERTAS ipsa post lapsum adhuc residua est: utpote homini essentialis, & suppositum doctrinæ moralis & omnis religionis.
- II. VIRES hujus libertatis, seu L.A. in *spiritualibus nullæ* sunt: quod patet
 1. Ex *amissa imagine* Dei & introducta labe peccati. Eph. IV, 18. V. 8.
 2. *E locis scripturæ* de servitute peccati & nostra impotentia. Jo. VIII, 34. Eph. II, 1. 2. 3. &c.
 3. *E locis*, quæ nostræ impotentiae divinam gratiam potentiam opponunt. Ps. LI, 12. Ezech. XI, 19. Eph. I, 19. 20. II, 5. 10. Phil. I, 6. 29. II, 13.
- III. VIRES in *naturalibus mediocres*: quod præter experientiam comprobatur doctrina de imagine Dei. Rebus vero naturalibus annumerandæ sunt sic dictæ *pædagogicæ*.
- IV. USUS: & quidem
 1. *Didascalicus* de profunditate corruptionis & de necessitate gratiæ medicinalis.
 2. *Elencticus*, oppositus erroribus variorum, inprimis Stoicorum & Philosophis gentilibus, & inter Christianos Pelagianis, Pontificiis, Synergistis & Socinianis.
 3. *Epanorthotico* - *pædæuticus* adversus eos, qui se perperam pro regegitis, & hinc naturam pro gratia habent; vel hac doctrina ad fœcordiam & acediam abutuntur.

p. 160 - 167

MEM-

et ex illis locis cum hominibus coeque stultis, moribus
et naturalis inimicis et adversis ad deum dicit
ut patet ex sublimitate rerum coelestium etc.
VII. 9.

MEMBRUM V.

DE
SALUTIS RESTITUENDÆ FUNDAMENTO IN CHRISTO.

ARTICULUS I.

DE PERSONA CHRISTI.

TRACTATIO.

I. PROMISSIO ἐνσαρκώσεως facta per decem gradus: ubi a protevangeliō per stirpem Noachi, Semi, & Abrahami fit progressus ad tribum Juda, & in hac ad familiam Davidis, atque in ea ad matrem virginem, addita notatione loci, temporis & templi secundi.

II. IPSE ACTUS ἐνσαρκώσεως: ubi

1. *Misio Filii* Joh. III, 16. Gal. IV, 4. & ejus *adventus* Jo. I, II, III, 19. 31. XIII, 3. XVI, 27. 28. 30. &c.

2. *Spiritus Sancti* ἐπελευσίς & *unctio*, unde nomen *Messiae* & *Christi* Luc. I, 35. Pf. XLV, 8. Jes. XI, 1. 2. Act. X, 38. &c.

3. *Ipsius Filii Dei* ἐπιεικισμός, *obumbratio* Luc. I, 35. ad naturæ humanæ assumptionem in hypostasin divinitatis directæ. Luc. I, 42.

4. *Assumptionis*, seu ἐνσαρκώσεως, *actus formalis*, positus in duarum naturarum, assumptis & assumptæ, *unionis personali*: quæ facta est ἀδιακρίτως inseparabiliter, & sic quam artissime & constantissime, adversus Nestorianos:

ἀσυγχύτως, sine ulla confusione, & ἀτρέπτως sine ulla conversione unius naturæ in alteram, adversus Eutychianos.

5. *Consequens immediatum*, utriusque naturæ communio & idiomatum communicatio. Unde existunt *propositiones personales*:

Deus est homo, homo est Deus.

Germen Davidis est f. bona justitia nostra Jer. XXIII, 5.

Filius hominis est Filius Dei viventis Matth. XVI, 13.

III. STATUS UNIONIS: in quo considerata sunt tria genera communicationis idiomatum: quorum

Primum habet prædicationes, quibus Deus sibi vindicat, quæ sunt hominis, & homo, quæ sunt Dei, & subiectum hic est *concretum naturæ* alterutrius, vel personæ, ut:

Auctor vitæ & Dominus gloriæ est cruci affixus Act. III, 15. 1 Cor. II, 8.

Secundus homo est Dominus de cælo. 1 Cor. XV, 47.

Christus est splendor gloriæ Patris Hebr. I, 3.

Not. Quod hic dicitur de *concreto*, non valet de *abstracto*: & prædicationes huius generis explicari solent adhibitis particulis diacriticis secundum, quoad, quatenus.

Secundum genus habet propositiones, in quibus idiomata divina humanæ naturæ tribuntur: ubi subiectum est persona λόγος ἐνσάρκως, & prædicata sunt idiomata divina naturæ, ut:

Caro mea est panis vivificans Jo. VI, 51. 53.

Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato 1 Jo I, 17.

Not. Non valet hic prædicatio perfectionum, quæ proprietati humanæ naturæ obstant, ut: *simplicitas, immensitas, eternitas.* Nec locum hic habet proprietatum reciprocatio. Vocatur hoc genus *abstractio*, quia pro fine habet efficientiam apotelesmatum officialium.


Tertium genus habet prædicationes, in quibus opera officii mediatorii de toto θεανθρώπῳ, atque ita de de utraque ejus natura, dicuntur: ubi subiectum est *concretum* divine, aut humanæ naturæ, non vero abstractum, ut:

Filius Dei dissolvit opera Diaboli 1 Jo. III, 8.

Filius hominis salvat animas Luc. IX, 56.

IV. *USUS* in unione Christi & fidelium mystica: unde emergit communicatio idiomatum, axiomatum & apotelesmatum Matth. XXV, 35. 40. Act IX, 4. 2 Cor. V, 21. Gal. II, 12. Eph. III, 19. Apoc. I, 6.

p. 176-181
M. V.



M. V. ARTICULUS II.
DE
STATU CHRISTI DUPLICI.

SECTIO I.

DE STATU EXINANITIONIS

Sedes doctrinae. PfXXII, 1. seqq. Jes. LIII. Matth. XX, 28.
2. Cor. VIII, 9. Phil. II, 6. 7. 8.

Definitio: Exinanitio est is Christi status, quo is communicatæ divinæ majestatis usu pleno vere, libere ac sapientissime se abdicavit.

TRACTATIO.

- I. NATURA, ad quam exinanitio pertinet, est *humana*, cui facta est communicatio divinæ gloriæ.
- II. RATIO exinanitionis MOVENS est *scopus redemptionis & salvationis*.
- III. MODUS constitit in ejusmodi *abdicatione* communicatæ gloriæ, quæ fuit *libera, vera & temperata*, majestatis divinæ radiis emissis.
- IV. SAPIENTIA, quæ in ea se exeruit, secundum quam ea ita fuit temperata, & humanæ imbecillitati accommodata, ut *nec nimium, nec parum*, gloriæ divinæ effulserit.
- V. GRADUS, qui, post *conceptionem*, fuerunt:
 1. *Nativitas*, ratione circumstantiarum considerata. Luc. II, 7.
 2. *Educatio humilis* in domo fabri Matth. XIII, 55. præcedente fuga in Aegyptum.
 3. *Conversatio* sortis communis inter homines alios, infirmitatibus humanis, sed peccati expertibus, obnoxia.
 4. *Perpersiones* ultimæ in horto oliveti & in cruce: inter quas sensus *mortis æternæ* fuit gravissimus.
 5. *Mors ipsa* piacularis, subsequente sepultura.
- V. USUS, inprimis elencticus adversos Socinianos, qui exinanitionem tantum in ultimis ejus gradibus ponunt.

p. 181-186

SECTIO

SECTIO II.

DE STATU EXALTATIONIS.

Sedes doctrinæ: Ps. CX. Jes. LII, 13. Act. II, 33. Eph. I, 20. seqq. Phil. II, 9. seqq. &c.


Definitio. Exaltatio est ille Christi *ὑψώσις* status, quo is secundum humanam naturam e profundissima *κατώτα* ad plenissimam communicatæ divinæ gloriæ usurpationem *εὐεκτή* est.

TRACTATIO.

- I. CAUSSA EFFICIENS, singulari respectu *Deus Pater*.
- II. FORMA, quæ consistit in collato ac resumto *plenissimo majestatis* ac gloriæ divinæ usu.
- III. GRADUS, qui sunt:
 1. *Descensus* Christi ad inferos. 1 Pet. III, 18. 19. 20.
 2. *Resuscitatio* & resurrectionis gloriosa. Christum vero suæ etiam virtute resurrexisse, liquet
 - a. *Evera* ejus divinitate.
 - b. *E testimoniis* ipsis Christi Jo. II, 81. 19. 21. X, 16. 17. XI, 25. Apoc. I, 18.
 - c. *E potestate ac facultate* mortuos resuscitandi. Matth. IX, 18. 24. 25. &c.
 3. *Adscensio* in cælum Marc. XVI, 19. Luc. XXIV, 51. Act. I, 9. II, 33.
 4. *Collocatio & sessio* ad dextram Dei, Ps. LX, 1. Matth. XXVI, 46. Rom. VIII, 34. Hebr. I, 3. 13. &c.
- IV. SCOPUS, gloriæ Christi manifestatio & *regni gratiæ* ac gloriæ administratio, partorum beneficiorum applicatio, & intercessio pro fidelibus Rom. VIII, 34. Eph. I, 21. 22. 23. IV, 8. 10. 11. 12. &c.
- V. USUS; & quidem
 - Didascalicus* ad gloriam Christi agnoscendam.
 - Elencticus* adversus Socinianos.
 - Pædænticus*, ad induendam mentem isto statu dignam. Col. III, 1. 2.
 - Paracleticus* de communione gloriæ & intercessionis fructu. Jo. XVII, 22. 24. Eph. I, 22. 23. Phil. III, 21. conf. 2. Tim. IV, 8.

p. 186 - 192

M. V.



M. V. ARTICULUS III.

DE
OFFICIO CHRISTI TRIPLICI.

SECTIO I.

DE OFFICIO SACERDOTALI

Sedes doctrinae : Gen. III, 15. XII, 3. &c. Leviticus. Pf. CX. Jes. LIII. Zach. VI, 12. 13. Matth. XX, 28. Jo. 1, 29. XVII, 19. Rom. III, 24. 25. 2 Cor. V, 15. seqq. Gal. III, 13. VI, 5. ep. ad Hebr. &c.

Definitio. Officium Christi sacerdotale est functio anti-
typica, qua is, tanquam sacerdos & simul victima, ob-
edientia sua activa & passiva totius humani generis
debitum ac reatum exsolvit, illudque redemit.

TRACTATIO

I. PRINCIPIMUM, seu fundamentum : quod est Filii Dei
sponsio, Job. XXXIII, 23. seqq. Jes. IX, 6. 1 Tim. II, 5.
Hebr. VII, 21. VIII, 6. IX, 15. XII, 24. nec non *promissio*
Gen. III, 15. &c. & *unctio* Pf. XLV, 8. Jes. XI, 1. 2. LXI, 1.
Act. X, 38. Hebr. I, 9.

II. TYPUS, in *sacerdotio Levitico*, cujus nervus erat in
expiatione, seu *satisfactione* typica. Id quod inter
alia probat

1. *Sedes* hujus doctrinae praecipua de virtute *sanguinis*
piaculari Lev. XVII, 10. II.

2. *Verbum expiandi* frequentissimum Lev. I, 4. &c.

3. *Effectus* sacrificiorum in *odore bonae fragrantiae*,
Lev. 9, 13. 17.

4. *Anniversarius* magnae expiationis *dies*, Lev. XVI.

III. ANTITYPUS in *sacerdotio Christi* : id quod inter
alia evincit

1. *Natura* cultus Levitici egena.

2. *Messiae denominatio* a sacerdotio Pf. CX, 4. Zach. VI,
13. conf. major pars epistolae ad Hebr.

3. *Cumulus locorum* de statu exinanitionis Messiae. Jes.
LIII. &c.

4. *Vestitus sacerdotalis* Messiae tributus Dan. X, 5. 6.
Conf. Apoc. I, 13.

p. 193 - 202

IV. NER-

c

IV. NERVUS officii sacerdotalis, secundum prædictiones V. T. in *expiatione* positus. Quod inter alia probant

1. *Loca expressa* de redemptione & expiatione, Messiae tributa Gen. XLVIII, 16. Job. XIX, 25. &c.
2. *Loca de salvatore* & salvatione Jes. VLI, 3. II. 12. XLV, 5. 21.
3. *Loca de Messia*, tanquam *justitia nostra* Jer. XXIII, 5. 6. XXXII, 15. 16. Dan. IX, 24. &c.

V. NERVUS idem e locis N. T. quam plurimis, & secundum certas classes recensitis.

VI. OBJECTUM redemptionis, seu redempti, *universum genus humanum*. Id quod constat

1. *Ex natura*, seu attributis Christi, nempe illis *potentia & gratia*, secundum quæ *potuit & voluit* omnes redimere.
2. *E clarissimis scripturæ locis*, secundum tres classes recensitis
3. *E necessitate & salubritate hujus sententiæ* ad applicationem: & e contrario, noxa & absurditate antitheseos.

VII. MYSTERIUM hujus doctrinæ dogmaticum in admirando *gratiæ & justitiæ temperamento*.

VIII. *Ōiōv* ejus practicum in applicatione *evangelii & legis*, ad *fidenter & sancte* coram Deo ambulandum.

IX. INTERCESSIO: de qua, ad offic. sacerdotale pertinent, notanda sunt quatuor momenta:

1. *Typus* in actu sacerdotis Levitici, præcipue summi.
2. *Forma antitypica* in vera intercessione.
3. *Loca scripturæ* Jes. LIII, 11. Rom. VIII, 34. Heb. VII, 25. IX, 24. 1 Jo. II, 2.
4. *Effectus* in benedictione.

X. BENEDICTIO: cujus notetur typus, forma antitypica, complexus charismatum in justitia & robore &c.

p. 202 - 216

SECTIO

SECTIO II.

DE OFFICIO PROPHETICO.

Sedes doctrinae: Deut. XVIII, 15. 18. 19. Pf. XXIII, Ezech. XXXIV, 11. seqq. Jo. VI, 14. X, 1. seqq. Act. III, 22. 23. 26. X, 30. 37. 38. Hebr. XIII, 20.

Definitio: Officium Messiae propheticum est functio antitypica, quae, in visione sui per *ὑποκατάστασιν* comprobata, voluntatem Dei de salutis nostrae per sacerdotium patris aeternae revelavit.

TRACTATIO.

- I. TYPUS in prophetis V. T. praecipue *Mose*. Deuter XVIII, 15. 18. 19.
- II. PRAEDICATIONES de Messia *doctore summo*, praeter Mosaicam illam: Pf. XXII, 23. 26. XL, 8. seqq. Jes. II, 3. XLII, 1. seqq. Mal. III, 1. 2. 3. &c.
- III. SYNONYMU officii prophetici in *manere pastoralis*, ad omnes gentes extenso Pf. XXIII. C. 1. seqq. Jes. XL, 10. 11. Ezech. XXXIV, 11. seqq. XXXVII, 24. 25.
- IV. FORMA in revelatione & annunciatione divinae voluntatis, in V. ac N. T. Hebr. I, 1. Jes. LXI, 1. 2. 3. Luc. IV, 18. Jo. I, 18. &c.
- V. ADJUNCTUM *internum*, efficacissima operatio Spiritus Sancti, ad partem salutis applicationem & Christi glorificationem tendens Jo. XVI, 14. Eph. I, 13. 14. 2 Cor. I, 22. cui officio Spiritus Sancti qui in salutis ordine pertinaciter resistit, facile incidit in peccatum adversus Spiritum Sanctum.
- VI. ADJUNCTUM *externum*, *ὑποκατάστασιν*: quae quod fuerit propriae potestatis & facultatis, liquet
 1. *Ex divinitate Christi*, ideo etiam e miraculis adserta Jo. V, 18. 19. 36. X, 37. & ex iis agnita Jo. II, 11. 23. III, 2. VII, 31. IX, 29.
 2. *Ex facultate ὑποκατάστασιν Apostolis data*, Matth. X, 1. 7. seqq. Marc. XVI, 17. 18. 20.
- VII. USUS, inprimis elencticus adversus *Socinianos*.

p. 216 - 223

SECTIO

SECTIO III.

DE OFFICIO CHRISTI REGIO.

Sedes doctrinae: Pf. II. Jes. IX, 6. 7. Jer. XXIII, 5. 6. Matth. XXI, 5. Hebr. VII, 1. seqq. Apoc. XVII, 14. XIX, 16.

Definitio: Officium Christi regium est functio antitypica, qua is, præter regnum natura, regnum gratiæ ac gloriæ ita administrat, ut ecclesiæ, tanquam corpori suo mystico, gratiæ dona ac bona, officio sacerdotali parva & prophetico annuntiata, suam liberalissime conferat. &c.

TRACTATIO.

- I. TYPUS, *Melchisedecus, David & Somo* Hebr. VII, 1. seqq. Jes. IX, 6. Jer. XXIII, 5. 2 Sam VII, 12.
- II. PRÆDICTIONES expressæ. Pf. II, 1. seqq. XXIV, 7. seqq. XLV, 5. 7. Zach. IX, 9. &c. Col. I, 32. 33. Apoc. XVII, 14. XIX, 16. &c.
- III. REX, olim *ἀσάρχος* inter Israelitas, ipsum ductor in columna nubis & ignis, deinceps *ἐναγός*, & monadicus.
- IV. CIVES regni, fideles omnium gentium, ab ipso rege vocati, electi & bonis gratiæ ditati, ac dignitate regia nobilitati. 1. Pet. II, 9. Apoc. I, 5. 6. III, 21.
- V. REGNUM ipsum, quod pro œconomia & objecti diversitate est triplex:

Natura: quod Christo jam vi creationis competit, & se exserit in opere providentiæ; extraordinarie in *σαουμαργία*.

Gratiæ in ecclesia militante: unde huc pertinent doctrinæ de *mediis & ordine salutis*, nec non de *ecclesia*.

Gloriæ in ecclesia triumphante: unde huc pertinent doctrinæ de *statu exaltationis Christi & de novissimis*.
- VI. USUS: inprimis didascalicus de sacerdotio regali. 1. Petr. II, 9. &c. & elencticus adversus hierarchiam papalem.

p. 223-230

MEM-

MEMBRUM VI.

DE

SALUTIS RESTITUENDÆ MEDIIS, AD
EIUS ORDINEM TENDENTIBUS.

TRACTATIO ISAGOGICA.

DE OFFICIO SPIRITUS SANCTI.

Sedes doctrinæ: Gen. VI, 3. Jo. XIV, 17. 26. XVI, 7. seqq.
13. 14. Rom. VIII, 14. 16. 26. 27. Act. VII, 51. XIII, 2. 4.
XX, 28. 2 Cor. III, 3. 6. 8 &c.

Definitio: Officium Spiritus Sancti est illud ejus opus,
quo is in ordine salutis ad Christi glorificationem, per
salutis media ad meriti ejus applicationem quam effi-
cacissime operatur.

TRACTATIO.

I. ORDO SALUTIS est, in quo hoc Spiritus Sancti offi-
cium se exserit, & sanctificationis negotium constituit.

II. MODUS officii, & simul officium ipsum: quod est

1. *Didascalicum*, quo Spiritus Sanctus, in debita medi-
orum salutis applicatione, hominem docendo & il-
luminando ungit, seu reddit *θεοδιδάκτων*. Jo. XIV,
26. XVI, 13. 1 Jo. II, 20. 27.

2. *Elencticum* & simul *epanorthoticum*, quo Spiritus
Sanctus hominem de corruptione & miseria sua ita
convincit, ut is necessitatem gratiæ forensis & me-
dicinalis in Evangelio oblatam agnoscat. Jo. XVI,
8. seqq. 2 Tim. II, 26. Tit. I, 9.

3. *Pæniticum*, quo Spiritus S. hominem jam *θεοδιδάκ-
των* sub disciplina sua retinet, & subministratis vi-
ribus ad officiorum suorum praxin impellit.

4. *Paracleticum*, quo Spiritus Sanctus affictos sub cruce
erigit. Jo. XIV, 16. 26. Rom. VIII, 16. 1 Pet. IV, 14. &c.

III. SCOPUS, *glorific. Christi*, præcipue in officio mediato-
rio considerati Jo. XVI, 14. Rom. VIII, 9. II. Gal. IV, 6. &c.

IV. USUS: & quidem præcipue didascalicus de œcono-
mia operum sacrosanctæ Trinitatis &c. p 231 - 237

VERBO DEI, LEGE ET EVANGELIO.

SECTIO I.

DE LEGE: quæ

MORALIS: ubi

1. *Sedes* in decalogo Exod. XX. & *summa* in dilectione Dei, nostri, ac aliorum hominum bene ordinata. Lev. XIX, 18. Deutr. VI, 11. Matth. XXII, 37. &c.
2. *Commentarius* in universa Scriptura sacra: ibid.
3. *Principium*, Dei natura, & in ea sanctitatis & justitiæ attributum.
4. *Origo* ex parte hominis, imago Dei.
5. *Obscuratio* ingens, per imaginis divinæ jacturam introducta. Rom. VII, 7. seqq.
6. *Promulgatio* solennis in monte Sinai Exod. XIX. XX. ubi not. tempus, locus, legislator Messias, ministri, Moses & angeli, præparatio, modus.
7. *Ephasis* sensus intensivi & extensivi Rom. VII, 7. seqq. Matth. XXII, 37. Gal. III, 12.
8. *Proprietas formalis*, in auctoritate dirigente & obligante, &, deficiente obedientia, damnante. Deuter. XXVII, 26. Gal. III, 10. nec non in eo, quod est ipsa *lex*, seu ipsum *jus*, *natura*.
9. *Œconomia*: ad, quod, præter momenta jam allegata, pertinent:
 - a. *Forma* ejus *fæderalis*. Exod. XXIV, 2. Deut. IV, 13.
 - b. *Dignitas singularis* in convenientia cum natura Dei & hominis.
 - c. *Insignis subordinatio officiorum* erga Deum, nos ipsos & alios humines Matth. XXII, 37. 39.
10. *Impotentia ad salutem* Gal. II, 16. III, 21.
11. *Infusa* ratio per evangelium Rom. VIII, 3. 4.
12. *Harmonia cum Evangelio*, secundum harmoniam justitiæ & gratiæ in Deo. 13. *Usus* &c.

p. 237-247

CFRE-

CEREMONIALIS: ubi ejus

1. *Principium*, Dei voluntas liberrima, & in ea justitiæ ac gratiæ attributum.

2. *Materia*, quæ complectitur IV. capita, quæ sunt:

a. *Loca sacra*:

α. *Tabernaculum Mosaicum*, & in eo *Atrium*, cum altari & labro æneo; *Sanctum*, & in eo altare suffitus, lychnuchus, mensa panum propositionis: *Sanctum sanctorum*, & in eo arca fœderis.

β. *Templum*, iisdem fere vasis ac partibus instructum, prius & posterius.

b. *Personæ sacre*, sacerdotes & Levitæ ordinum XXIV. Num. III, 6. seqq. i Chron. XXIV. seqq.

c. *Actiones sacre*, positæ in *sacrificiis* quatuor specierum (holocausti, piacularis, pro reatu, pacifici) & *mundationibus*, præcipue ea a septa.

d. *Tempora sacra*, seu festa, sabbati, neomeniæ paschatos, pentecostes, novi anni, anniversariæ expiationis, tabernaculorum. Huc pertinet annus *sabbaticus* Lev. XXV, 4. seqq. & *Jubileus* ibid. v. 8. seqq.

3. *Forma*, quæ fuit *typica* & *egena*, & ideo *temporaria*, ad unum tantum populum & locum restricta, regno Messie universali non conveniens, & hinc *abroganda* atque *abrogata*, secundum expressa oracula Jer. III, 16. XXXI, 31. seqq. Dan. IX, 24. &c. *Habemus hic evangelium typicum*.

FORENSIS, quæ, Exod. XXI. XXII. XXIII. & alibi tradita, magna ex parte est naturæ *moralis*, quam facillime ad *decreta* reducenda: sed merito *abrogata*, in quantum solius tantum fuit populi Judaici. Ipsa etiam aliquid repræsentationis *typicæ* habuit. Gal. III, 13.

p. 248-252

SECTIO II.
DE EVANGELIO.

Sedes doctrinae: Gen. III, 15. XII, 3. &c. Ps. XXIII. CXXX, 4. seqq. Jes. XLIII, 24. 25. XLV, 22-25. LIII. LV, 1. &c. Matth. V, 3. seqq. Marc. XVI, 16. Jo. III, 16. seqq. Rom. III, 21. seqq. 2 Cor. V, 15. seqq. &c.

Definitio: Evangelium est concio de Dei gratia in merito Christi fundata, & in duplici oeconomia testamentaria propofita.

TRACTATIO.

1. *Sedes prima ac praecipua*, Gen. III, 15.
2. *Commentarius amplissimus in universa Scriptura sacra.*
3. *Principium & simul fundamentum*, Dei gratia per justitiam temperata.
4. *Sublimitas*, quæ summa, mysteria fidei exhibens, cum *favitate & efficacia* conjuncta.
5. *Dona & bona praecipua*, *justitia* ad justificationem, & *robore* ad sanctificationem: Jes. XLV, 24. atque ita *gratia forensis ac medicinalis*. Jer. XXIII, 5. 6. Rom. V, 5.
6. *Medium applicationis*, *fides*, haustri instar se habens Jo I, 16. Marc. XVI, 16.
7. *Differentia formalis à lege*: ubi *lex* postulat, jubet, terret, accusat, dat, nat: *evangelium* donat, invitat, erigit, tuetur & absolvet.
8. *Harmonia cum lege summa*, cujus notetur fundamentum, exemplum, forma dogmatica, usus practicus.
9. *Oeconomia diversa*, dispositionis, seu *testamenti*, nomine appellata, *vetus & nova*: quæ differunt tempore & loco, mediatore, promissione & exhibitione, adumbratione & impletionem, varietate & simplicitate, nec non statu & indole fidelium.

p. 252-262

M. VI.

M. VI. ARTICULUS II.
DE
SACRAMENTIS V. AC N. TESTAMENTI.

SECTIO I.
DE SACRAMENTIS V. T.

I. DE CIRCUMCISIONE.

Definitio: Circumcisio erat sacramentum V. T. prius, quo Deus, sub cruenta præputii resectione, data confirmatione de peccato originali & regenerationis necessitate, futuram sanguinis Messie effusionem adumbrabat, & sic circumcissum in fœdus gratiæ recipiebat. Gen. XVII, 7. seqq. Lev. XII, 3. Rom. IV, 11.

TRACTATIO.

- I. AUCTOR, Filius Dei ἀγγελος, tanquam angelus Domini.
- II. TEMPUS INSTITUTIONIS, annus mundi 2107. Abrahami 99. postquam is jam antea inde ab anno ætatis LXXV. cum Deo in sancto fidei ac fœderis gratiæ commercio fuerat verlatus. Gen. XVII, 24.
- III. CAUSSA MINISTRANS, Abrahamus, patres familias, & deinceps sacerdotes.
- IV. HOMO CIRCUMCIDENDUS, masculus infans octo dierum, etiam proselytus adultus.
- V. ACTUS, positus in amputatione præputii.
- VI. NECESSITAS, quæ summa, præcipue ratione antitypi, sub excisionis comminatione imposita.
- VII. SCOPUS & FIGURA, tendens ad salutis restituendæ necessitatem, fundamentum & ordinem, Deut. X, 16. XXX, 6. Jer. IV, 4. VI, 10. Act. VII, 51.
- VIII. ABROGATIO, nature typicæ conveniens Act. XV, 2. seqq. 24. seqq. Gal. V, 2. 6. VI, 12. 13. 15. baptismo in locum ejus succedente Col. II, 11. 12. 13. Confer Gal. III, 27.

p. 262-269

II. DE AGNO PASCHALI.

Definitio. Agnus paschalis erat alterum V. T. sacramentum, quo Deus per agnum typicum mactatum, assatum & comestum, sub figura tutelæ & liberationis ex Aegypto corporalis, redemptionem & liberationem Mesiaë spirituales repræsentavit. Exod. XII.

TRACTATIO.

I. IPSE AGNUS PASCHALIS: ubi ejus

1. *Nomen* אֶזְרָא, a transitu angeli perdentis.
2. *Tempus*, dies XIV. mensis Abib.
3. *Locus* mactationis & comestionis; primum ædes private, deinceps atrium tabernaculi & templi.
4. *Ministri*, patres familias, Levitæ ac sacerdotes.
5. *Convivæ*, omnes Judæi, & proselyti circumcisi, etiam sceminæ, foelari innexæ.
6. *Ipse agnus*, qui masculus, integer, & anniculus.
7. *Ritus proprii*: qui erant præparatio, mactatio, sanguinis adpersio, allatio, comestio.
8. *Rituum diversitas*: quorum alii erant temporarii primi actus, alii perpetui.
9. *Momentum primarium*, in forma sacrificali positum; uti constat ex appellatione *sacrificii* expressa. Exod. XII, 27. & ex antitypo I Cor. V, 7.

II. AGNI ANTITYPUS in Christo ac Christianismo.

1. *Persona* Christi hic repræsentata fuit ratione humanæ naturæ, secundum integritatem considerata.
2. *Officium* Christi sacerdotale adumbratum hic fuit ut in aliis sacrificiis.
3. *Applicatio officii* urget *circumcisionem spiritualem*, & *fermenti remotionem*, *sanguinis adpersionem*, cum sollicita profanationis evitatione conjunctam.

p. 269-274

SECTIO

SECTIO II.
DE SACRAMENTIS N. T.
I. DE BAPTISMO.

Sedes doctrinae: Matth III, 6. seqq. XXVIII, 19. 20. Luc. III, 2. 3. seqq. VII, 30. Marc. XVI, 16. Jo. III, 5. Gal. III, 27. 1 Petr. III, 21.

Definitio. Baptismus est ritus immersionis, aut adspersionis, in nomen triunius Dei factæ, quo Deus hominem, sic visibili ecclesiæ initiatum, in fœdus gratiæ recipit.

TRACTATIO.

I. INSTITUTIO, cujus auctoritatem divinam comprobat.

1. *Divinum mandatam* Luc. III, 1-18. XX, 4. seqq.
2. *Discipulorum Christi praxis* Jo. III, 22. 23. IV, 1. 2.
3. *Sanctio Christi repetita & extensa*. Matth. XXVIII, 18. 19. 20.

II. RES ELEMENTI externa, aqua, eaque sola & naturalis, ad repræsentationem rei cœlestis aptissima. Jes. XLIV, 3. 4. 5. Ezech. XXXVI, 25. seqq.

III. RES COELESTIS, gratia Dei fœderalis, in morte ac merito Christi piaculari fundata. Rom. VI, 3.

IV. FORMA, posita in immersione, vel etiam affusione, aut adspersione, conjuncta cum repetitione verborum institutionis.

V. BAPTIZANDI: non solum adulti, sed etiam infantes: quod comprobat

1. *Emphasis* verborum Matth. XXVIII, 19. 20.
2. *Successio* in locum circumcisionis. Col. II, 11. 12.
3. 4. *Praxis Apostolorum*, & secundi ac tertii seculi.
5. *Disputatio Augustini* adversus Pelagianos.

VI. FINIS proximus & EFFECTUS, regeneratio Jo. III, 5. Tit. III, 5. & gratiæ ac fidei jam collatæ confirmatio. Act. II, 37. 41.

VII. PROPRIETAS iterationis expers, quia est sacramentum initiationis.

VIII. USUS didascalico-paracleticus, epanorthoticus & pædæuticus de fœdere baptismali,

p. 275-286
II. DE

II. DE SAGRA COENA.

Sedes doctrinae : Matth XXVI, 26. 27. 28. 1 Cor. X, 16. 17. 21. XI, 20. 30.

Definitio : Sacra coena est actio sacra a Christo instituta, in qua cum pane & vino consecrato verum corpus & verus sanguis Christi exhibetur. &c.

TRACTATIO.

- I. NOMINA : coena, mensa Domini, eucharistia, &c.
- II. INSTITUTIO, facta a filio Dei *αὐτοπροσώπως*.
- III. RES TERRENA, panis verus & vinum verum; COELESTIS, verum corpus ac verus sanguis Christi.
- IV. FORMA, integra actio, ad quam pertinet Symbolorum consecratio & distributio.
Eorum assumptio, sive hæc intercedente manu fiat, sive ipso ore.
- V. SENSUS verborum institutionis de unionem & communionem rei utriusque sacramentali.
- VI. PARTICIPANTES, iique digni, pœnitentes ac fide præditi, qui se explorare possunt. 1 Cor. XI, 18.
- VII. FINIS, qui est
 - 1. Fidei ac novæ vitæ corroboratio.
 - 2. Practica mortis Christi recordatio.
 - 3. Collatæ gratiæ obsignatio.
 - 4. Arctior nostri cum Christo conjunctio.
- VIII. PROPRIETAS, in frequentiori usu posita, cum sit sacramentum confirmationis.
- IX. USUS : & is
 1. Didascalus, de summa Dei *Θεολογία*.
 2. Elencticus, respectu Pontificiorum & Reformatorum.
 3. Epanorthoticus adversus abusum multorum, & contemptum haud paucorum.
 4. Pædæuticus ad dignam præparationem.
 5. Paracleticus in renovato cum Deo fœdere & aucta cum Deo communionem.

p. 286 - 295

M. VI.

M. IV. ARTICULUS III.

DE

MINISTRO ECCLESIASTICO.

Sedes doctrinae: Ezech. III, 17. seqq. XXXIII, 7. seqq. Matth. IX, 36. 38. Jo. X, 1. seqq. Act. XX, 18. seqq. 1 Pet. V, 1-4. epistolæ pastorales.

Definitio. Minist. eccles. est officium publicum, divinitus institutum, pura ~~verbi~~ divini prædicatione & legitima sacramentorum dispensatione fideliter administrandum.

TRACTATIO.

I. DIVERSITAS MINISTRORUM, qui differunt

1. Ratione *constitutionis*, & sunt vel *extraordinarii*, prophetae, apostoli & evangelistæ; vel *ordinarii* in V. ac N. T.

2. Ratione *doctrinae* & *vita*, boni vel mali.

Numina bonorum: pastores, duces, presbyteri, episcopi &c.

Nomina malorum: pseudodidascali, mercenarii, lupi rapaces &c.

